gignuntur. inde calore matrum corpus formantur et animantur. Ova autem
dicta ab eo quod sint uvida. Unde et uva eo quod interius humore
sint plena. Nam humidum est quod exterius humorem habet. Uvidum
quod interius. Quidam autem putant ovum grecam habere originem nominis.
Illi enim dicunt ova .v. littera ablata, oa. Quedam autem inani vento con
cipiunt. sed non sunt genitalia. nisi que fuerint e concubitu masculino concep
ta. et seminali spiritu penetrata. Quorum vim tantam dicunt. ut lig
num perfusum eo non ardeat. Ac nec vestis quidem contacta aduratur. Ad
mixta quoque calce glutinare fertur vitri f κ Λ θ ω ę y τ d;
Leonis vocabulum ex greca origine inflexum est in latinum. Greci
enim leon vocant. et nomen non notum. quia nos ex parte corruptum habe
mus. Leena vero totum grecum est. sicut dracena. Lea autem dicatur usur
patum est a poetis. Leo autem grece. latine rex dicitur eo quod princeps sit om
nium bestiarum. Cuius genus triforme dicitur. Quorum breves et iuba crispa.
inbelles sunt. Longi et simplici coma. acres animosique. frons et
cauda indicant. Virtus eorum in pectore. firmitas in capite. Septi
autem a venatoribus terram contuentur. quo minus conspectis venabulis terreantur.
Rotarum timent strepitus. sed ignis magis. Quando dormiunt.
oculi vigilant. Cum ambulant. cauda sua cooperiunt vestigia sua.
ne eos venator inveniat. Cum genuerint catulum tribus diebus et